

ster: *sanctissime Papa Vigili*. Item: *carmina uera canam pro carmina uera loquar*. Item *Exametris constare sonis pro Hexametris constare modis*. In ipso Opere V. 3. *sine semine membris pro sine Crimine*. V. 23. *Vsque sub extremum pro Usque ad extremum*. V. 35. *Arua deus petiit pro petit &c.*

*Quis quid ubi quantum cui quare quomodo quando*  
*Qui pietatis opus diligit ista notet.*

Sequitur: *Arator iste cardinalis subdiaconus fuit sancte romane ecclesie tempore uigilii pape. Qui considerans iuuenem et sedulium scripsisse metricae actus euangelicos noluit eos iterum scribere (secus ac Michael a S. Jof. et Bailletus adferuit) sed totum contulit se ad actus apostolorum describendum. Scripsit autem metricae: quod lucas profaice. luculentissimo stilo. et sermone. id est pleno luce et cum magno fauore ter recitauit librum suum coram apostolico et romanis. Fecit autem hanc (sequentem) epistolam ad florianum abatem sapientissimum. ut auctoritate illius roboretur uolumen eius. Fuit autem cardinalis (sensu tempori accommodo) subdiaconus. Et sciendum quia qui cardinalis fuerit subdiaconus ad maiorem minime queat ascendere gradum. Quando autem hunc composuit librum. urbs roma a gothis et a guandalis obsidebatur. Intus quo-*

*Qui meriti florem maturis sensibus ortum &c.*

CLI. VII. H. 34

Codex membraneus lat. Sec. 712 XII. Folior. 38. 4. fat nitide scriptus, partim etiam liquore purpureo, continet *Aratoris Subdiaconi Historiam Apostolicam* versu heroico redditam, quam jam Cod. praeced. indicauimus. Praesentis porro haec est conditio: Praeit Distichon:

*que in populo de ordinando apostolico non minima erat dissensio. Tandem uero diuina miserante clementia urbe ab hostibus liberata et papa uigilio (537.) ordinato pax ecclesie est reddita. Due itaque prefaciones hae habentur. Secunda autem illa (primae jam superius mentio) que ad papam uigilium scribitur. proprie huic creditur insita libro. cui etiam arator suum obtulit librum. quem et ipse iussit ter recitari in ecclesia beati petri ad uincula. demum traditus est ad legendum. Differt Prooemium istud ab eo, quod aliis Codicibus praefixum e Bellarmino recitat Leyserus in *Hist. Poet. med. aevi* p. 148. et Mazzuchellius in *Scriptt. Ital. Vol. I. P. 2. p. 936.* ubi de *Aratore* copiose traditur. Epistola porro prima nobis ita inferibitur: *Domino sancto et uenerabili christi dei gratia abati floriano arator subdiaconus.* Initium:*

Nil variat a textu *Bibl. PP. Lugd.* T. X. p. 125. Inscriptio Epistolae alterius: *Domino beatissimo atque apostolico. et in toto*

*Moenibus undosis (undifonis) bellorum incendia cernens &c.*

Hic Codex v. 3. *sanctissime papa uigili.* V. 4. *Aduenis.* V. 25. *sonis pro modis.* V. 26. *Jeremiae.* V. 27. *quae pro quod.* Geminas has Dedicaciones excipit ipsum *Poema* in II. *Libros* tributum prae-

*Ut sceleris iudea sui polluta cruore &c.*

Ad hujus calcem: *Explicit liber petri. Incipit liber pauli.* Huic *Libro* II. non praemittitur Elen-

*Spiritus accensam uerbo radiante lucernam &c.*

Ad calcem: *Explicit liber aratoris*

*Codicis hic finis laudem dicamus et belli.*

Haec p. 1. *folii ult.* quod e veteri *Missali*, ut relicta docent vestigia, rescriptum est, sed p. 2. additum Dodecastichon leoninum

*Noscere doctoris versus qui uult aratoris*

*Actus non modicos noscet apostolicos.*

*Qui miranda sonant. cunctis utilia donant*

*Dant quia posse quidem sumere quosque fidem &c.*

Ut porro futurum *Aratoris* editorem ad hujus quoque *Codicis* cum eo, quem supra indicavi, conjuncti pretium advertam, Loca quaedam adscribam, quorum lectio a Textu *Bibl. PP.* memoratae abibit. Ita L. I. v. 3. *sine semine*

*orbe primo omnium sacerdotum papa uigilio arator subdiaconus. Initium:*

missio, quod Priorem adinet, summorum Caputum Elencho, quae Capita five Argumenta suis locis fusius repetuntur. *Libri I.* initium:

chus; ante singulas tamen *Περίνοτας* Argumenta comparent. *Ejus* initium:

*Subdiaconi.*

non raro in Metri leges peccans, quo recensetur et commendatur *Arator* hoc initio:

pro crimine. V. 23. *Usque sub extremum* pro *Usque ad.* V. 28. *quia germine* pro *qua germine.* V. 33. *in orbem* pro *in axem.* V. 35. *Deus petiit* pro *petit.* V. 46. *per subdita jura* pro *subita.* V. 48. *His nunciat acta* pro *bis nunciat.* D d 3 V. 58.

V. 58. *Anato formata suo pro a natoque ornata suo.* V. 72. *trabi meruit pro meruerit.* V. 75. *Ad clavim quidem uterque, sed legere malim ad clavum.* V. 85. *in gutture vocem pro nocens.* V. 90. *coelo terraeque pro coeli.* V. 103. *quia verba pro quo verba.* V. 104. *Quem liceat pro licet.* V. 110. *duodena refulgent pro refulgens, et v. seq. ut puto jaculantur pro jaculatur.* V. 115. *simul repetens pro repetentes.* Haecenus.

## CLII. VII. 8. 27

345 Codex membraneus Theotisc. Sec. IX. exeuntis. Folior. 194. f. Forma pene quadrata. Luculente scriptus, rubricis distinctus et tribus Iconismis ornatus complectitur *Otfridi Monachi Wizanburgensis* seu *Weissenburgensis* O. S. B. in *Alsatia Rabani Mauri* discipuli, qui medio Sec. IX. claruit, *Volumen Metricum Evangeliorum in Libros V. distinctum* praevia Dedicatione pariter metrica ad *Ludovicum Orientalium Regnorum Regem* Ludovici Pii filium, dictum Germanicum, Praefatione profaica ad *Liutbertum mogontiacensis urbis archiepiscopum*, et iterum Poemate ad *Salomonem episcopum*, I. hujus nominis Constantiensem, quibus ad Operis calcem accedit Carmen inscriptum: *Otfridus Uuizanburgensis Monachus Hartmuate* (Hartmutho) *et Uuerinberto Sancti Galli Monasterii Monachis.* Describit pretiosum hoc patriae Antiquitatis *Κειμήλιον* ea, qua solet,

ubertate Cl. *Lambecius Comment.* L. II. p. 415 — 65. Descriptionem hanc Cl. *Kollarius* loco motam in T. I. *Analector. Vindob.* ad col. 643. repraesentavit, Opus ipsum *Litteraturae vetustae Teutonicae* *Statores Job. Schilterus* et *J. G. Scherzius* Codici nostro collatum omni cum eruditionis adparatu T. I. *Thesauri Antiquit. Teutonic. Ulmae* 1728. f. in lucem promovere. Doctissimorum Virorum curis non nisi paucula quaedam adjicere liceat. *Lambecius* omni occasione *Math. Flacium Illyricum*, qui primus *Otfridum* ediderat, carpenti intentus p. 427. notat, in ejus editione pro *Francisca* (lingua) male legi *Franzisca*. Atqui ita legitur et in nostro *Cod.* in *Praef. ad Liutbert. fol. 4. p. 2. euangeliorum partem franzisce compositam.* Titulus Operis nobis *fol. 9. p. 2.* habet: *Liber — Domini Gratia Theotisce conscriptus.* Id *Lambecius* interpretatur p. 419. de *Divina benignitate et permissione.* Recte sane, si *Otfridus* non *Domini*, sed *Dei* scripisset. Sic vero *Dominum* Regem *Ludovicum* subaudire malim, in cujus *gratiam* laborem ille suscepit, ut canit: *Tpemo dibton ih thiz buah.* Iconismus *Christi Hierosolymam* Dom. *Palmar. intrantis*, qui in edit. *suprac.* ad p. 241. exhibetur, e *Cod. nostri fol. 112.* expressus est; turbam tamen illam, quae *Servatorem* comitatur, recentior, rudiorque manus adpinxit. Ab eadem manu totus profectus est Iconismus alter *Caenam* ul-